Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220996-p0001-8

F. a. 37

Script. Rom. in Quarto

N. 39.

II 26. 13.

Pub. Vir. Marõis Mantuani

Aegloge Prime Argumentum.

Aegloga ꝑma Tityrus appellata: duos pastores amicos habet colloquutores: alterũ: suã calamitatẽ dolentẽ ꝙ cũ gregib⁹ ex suis pellatur finib⁹: alterũ eũ laudantem: cuius bñficio omnẽ euaserit difficultatem.

TItyre tu patule recubans sub tegmine fagi Me.
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patrie fines/ & dulcia linquimus arua
Nos patriam fugimus. tu Tyture lentus in vmbra
Formosam resonare doces Amaryllida siluas.

Melibœe deus nobis hæc otia fecit Ti:
Nanqꝫ erit ille mihi semper deus/illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere que vellem calamo permisit agresti.
Non equidẽ inuideo/ miror magis/ vndiqꝫ totis Me.
Vsqꝫ adeo turbatur agris/ en ipse capellas
Protinus æger ago/hanc etiã vix Tityre duco:
Hic inter densos coryllos/modo nanqꝫ gemellos/
Spem gregis/ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malũ hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cœlo tractas memini prædicere quercus:
Sæpe sinistra caua prędixit ab ilice cornix.
Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis.

Ti. Vrbem quã dicunt Romam Meliboee putaui
Stultus ego huic noſtræ ſimilẽ/quò ſepe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fœtus/
Sic canibus catulos ſimiles/ſic matribus hędos
Noram.ſic paruis componere magna ſolebam
Verum hec tantum alias inter caput extulit vrbes/
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Me. Et que tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?

Ti. Libertas/que ſera tamen reſpexit inertem
Candidior/poſtq̃ tondenti barba cadebat
Reſpexit tamen/& longo poſt tempore venit.
Poſtq̃ nos amaryllis habet/ Galatea reliquit.
Nanq; (fatebor em̃) dum me Galatea tenebat
Nec ſpes libertatis erat/nec cura peculi/
Quamuis multa magis exiret victima ſeptis
Pinguis/& ingrate premeretur caſeus vrbi/
Non vnq̃ grauis ere domũ mihi dextera redibat.

Me. Mirabar quid mœſta deos Amarylli vocares/
Cui pendere ſua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat.ipſe te Tityre pinus/
Ipſi te fontes/ipſa hec arbuſta vocabant.

Ti. Quid facerem?neq; ſeruitio me exire licebat/
Nec tam preſentes alibi cogноſcere diuos.

Hic illum vidi iuuenem/ Meliboee/ quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti
Pascite vt ante boues pueri/ summittite tauros.
Fortunate senex ergo tua rura manebunt/
Et tibi magna satis/ quis lapis omnia nudus
Limosoq; palus obducat pascua iunco:
Non insueta graues tentabunt pabula fœtas:
Nec mala vicini pecoris contagia lędent.
Fortunate senex hic inter flumina nota/
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi/ quæ semper vicino ab limite sepes
Hibłeis apibus florem depasta salicti:
Sępe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras
Nec tamen interea raucę tua cura palumbes:
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui:
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet/ aut Germania Tygrim
Qm nostro illius labatur pectore vultus.
At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:

Pars Scythiã/ & rapidũ Crẽte veniemus Oaxem
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnq̃ patrios longo post tempore fines
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
Imprimis hec tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia ciues
Perduxit miseros? eh quis conseuimus agros.
Insere nunc Melibœe piros/pone ordine vites.
Ite meæ quondam fœlix pecus: ite capellæ:
Non ego vos post hac viridi proiectus in antro
Dumosa de rupe procul pendere videbo.
Carmina nulla canam/nec me pascente capellæ
Florentem cithisum/ & salices carpetis amaras.
Hic tamẽ hac mecum poteris requiescere nocte
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma:
Castaneę molles/& pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumant:
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ

Aegloge Secunde Argumẽtũ.

¶Aegloga secũda que Alexis inscribit: solũ amantẽ iducit Corydonẽ ne quicq̃ puerũ Alexim in amorem sui: agriculturã ditate: diuitijs pastoralib⁹ rusticisq; z foꝛa: flectere: ac nouissimũ post frustratas pollicitatiões sese demẽtie arguentem.

FOrmosum pastor Coridō ardebit Alexi
Delitias domini: nec qd sperare habebat
Tātū int dēsas/vmbrosa cacumia fagos
Assidue veniebat/ibi hec incondita solus
Montibus & silius studio iactabat inani.
O crudelis Alexi nihil mea carmina curas/
Nil nostri miserere. mori me denicꝫ cogis.
Nunc etiam pecudes vmbras: & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestilis: & rapido fessis messoribus æstu
Allia: serpillumcꝫ: herbes contundit olentes.
At mecum raucis: tua dum vestigia lustro:
Sole sub ardenti/resonant arbusta cicadis.
Nonne fuit satius tristis Amarillidis iras
Atcꝫ superba pati fastidia? nonne Menalcam?
Quāuis ille niger: quis tu candidus esses.
O formose puer: nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt: vacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum: nec quis sim queris Alexi:
Q̄m diues pecoris niuei: q̄ lactis abundans:
Mille meę Siculis errant in montibus agne.
Lac mihi non æstate nouum: nec frigore defit.
Canto que solitus si quando armenta vocabat

Amphion Dircęus in Acteo Aracyntho.

Nec ſum adeo informis: nuper me in littore vidi
Cum placidũ ventis ſtaret mare non ego Daphnim
Iudice te metuam: ſi nunc̃ fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura/
Atq; humiles habitare caſas: & figere ceruos:
Herodumq; gregem viridi compellere hibiſco.
Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cęra coniungere plures
Inſtituit/Pan curat oues: ouiumq; magiſtros.
Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum:
Hæc eadem vt ſciret/quid non faciebat Amyntas
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula: Dametas dono mihi quam dedit olim:
Et dixit moriens/te nunc habet iſta ſecundum.
Dixit Dametas/inuidit ſtultus Amyntas.
Preterea duo: nec tuta mihi valle reperti:
Capreoli: ſparſis etiam nunc pellibus albo/
Bina die ſiccant ouis vbera/quos tibi ſeruo.
Iampridem a me illos abducere Teſtilis orat:
Et faciet/quoniam ſordent tibi munera noſtra.
Huc ades formoſe puer/tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphe calathis/tibi candida Nais

Pallentes violas/& ſumma papauera carpens
Narciſſum/& florem iungit bene olentis anethi.
Tu caſia/atq; alijs intexens ſuauibus herbis
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine/mala:
Caſtaneaſq; nuces: mea quas Amaryllis amabat:
Addam cerulea pruna: & honos erit huicq; pomo
Et vos o lauri carpam: & te proxima mirte
Sic poſite: quoniã ſuaues miſcetis odores.
Ruſticus es Corydon/nec munera curat Alexis/
Nec ſi muneribus certes/concedet Iolas.
Eheu quid volui miſero mihi/floribus auſtrum
Perditus/& liquidis immiſi fontibus apros.
Quẽ fugis ah demens/habitarunt dij quoq; ſiluas
Dardaniuſq; Paris/Pallas quas condidit arces
Ipſa colat/nobis placeant ante omnia ſiluę.
Torua leena lupum ſequitur/lupus ipſe capellam/
Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella/
Te Corydon o Alexi: trahit ſua quenq; voluptas.
Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci:
Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras/
Me tamẽ vrit amor. quis eñ modus adſit amori?
Ah Corydon Corydon que te dementia cœpit?

Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltē potius/quorū indiget vlus:
Viminibus molliq; paras detexere iunco.
Inuenies alium/si te hic fastidit Alexis.

Aegloga Tertie Argumentū.

¶ Aegloga Tertia: cui nomē Palemon: plena est duorū emuloꝝ amare cōtētiōis: ⁊ pastoraliū cōuitioꝝ exprobratione: que vniuersa: Palemonis iudicissnia componit.

Me. Oīc mihi Damœta cuiū pecꝰ? an Melibei?
Da. Nō. verꝝ Aegōis Nup mihi trādidit ægō.
Me. Infœlix o semper ouis pecus/ipse Neęrā
Dum fouet: ac ne me sibi preferat illa feretur?
Hic alienus ouis custos bis mulget in hora:
Et succus pecori/& lac subducitur agnis.
Da. Partius ista viris tamen obijcienda memento
Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis:
Et quo/sed faciles nymphe ridere? facesso.
Me. Tum credo: cū me arbustum videre Miconis/
Atq; mala vites incidere falce nouellas.
Da. Aut hic ad veteres fagos: cū Daphnidis arcum
Fregisti: & calamos/que tu peruerse Menalca:
Et cum vidisti puero donata/ dolebas.
Et si non aliqua nocuisses/mortuus esses.
Quid domini facient. audent cū talia fures?

Nonne ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs: multum latrante lyciſca?
Et cum clamarem: quo nunc se proripit ille
Tityre coge pecus/tu post carecta latebas.
An mihi cantando victus non redderet ille/ Da.
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis meus ille caper fuit/& mihi Damon
Ipse fatebatur/sed reddere posse negabat.
Cantando tu illum? aut vnq̄ tibi fistula cera Me.
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
Vis ergo inter nos quid possit vtereq̄ vicissim Da.
Experiamur? ego hanc vitulam/ne forte recuses:
(Bis venit ad mulctram: binos alit vbere fœtus)
Depono.tu dic mecum quo pignore certes.
De grege non ausim quicq̄ deponere tecum. Me.
Est mihi nancq̄ domi pater/est iniusta nouerca/
Bisq̄ die numerant ambo pecus/alter & hœdos.
Verum id: quod multo tute ipse fatebere maius
(Insanire libet quoniã tibi) poculа ponam
Fagina: cœlatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis:
Diffusos hœdra vestit pallente corymbos.

In medio duo ſigna/Conon: & quis fuit alter
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem/
Tempora quę meſſor/quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui/ſed condita ſeruo.

Da. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
Et molli circum eſt anſas amplexus achanto:
Orpheaq; in medio poſuit/ſiluaſq; ſequentes/
Nec dum illis labra admoui: ſed condita ſeruo.
Si ad vitulam ſpectes: nihil eſt q̄ pocula laudes.

Me. Nunq̄ hodie effugies/veniam quocūq; vocaris:
Audiat hæc tantum vel qui venit. ecce Palemon.
Efficiam poſthac ne quenq̄ voce laceſſes.

Da. Quin age/ſi qd habes/in me mora non erit vlla
Nec quenq̄ fugio/tantum vicinæ Palemon
Senſibus hec imis (res eſt non parua) reponas.

Pa. Dicite quandoquidē in molli conſedimus herba:
Et nunc omnis ager/nunc omnis parturit arbos/
Nunc frondent ſyluę: nunc formoſiſſimus annus.
Incipe Dameta/tu deinde ſequere Menalca.
Alternis dicetis/amant alterne camenę.

Da. Ab Ioue principium muſæ: o Iuis omnia plena:
Ille colit terras/illa mea carmina curæ.
Et me Phebus amat: Phębo ſua ſemper apud me

Munera ſunt lauri/& ſuaue rubens hyacinthus.

Malo me Galatea petit laſciua puella/ Da.

Et fugit ad ſalices/& ſe cupit ante videri.

At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas Me.

Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.

Parta mee veneri ſunt munera/nanq; notaui Da.

Ipſe locum/aerię quo congeſſere palumbes.

Quot potui/puero ſilueſtri ex arbore lecta Me.

Aurea mala decem miſi cras altera mittam.

O quotiens/& que nobis Galathea locuta eſt? Da.

Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.

Quid pdeſt qđ me ipſe aio nõ ſpernis Amynta? Me.

Si dum tu ſectaris apros/ego retia ſeruo.

Phyllida mitte mihi/meus eſt natalis Iola/ Da.

Cum faciam vitula pro frugibus ipſe venito

Phyllida amo ante alias/nam me diſcedere fleuit/ Me.

Et longum formoſe vale/vale inquit Iola.

Triſte lupus ſtabulis: maturis frugibus imbres: Da.

Arboribus venti/nobis Amaryllidis iræ.

Dulce ſatis humor eſt/depulſis arbutus hędis. Me.

Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus Amyntas.

Pollio amat noſtram: q̃uis ſit ruſtica: muſam: Da.

Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.

Bucolicon

Da. Pollio & ipse facit noua carmina: pascite taurum
Iam cornu petat: & pedibus qui spargat harenam
Da. Qui te Pollio amat: veniat quo te q̃q̃ gaudet.
Mella fluant illic: ferat & rubus asper amomū.
Me. Qui Bauium non odit: amet tua carmina Meui:
Atq̃ idem iungat vulpes: & mulgeat hircos.
Da. Qui legitis flores: & humi nascentia fraga
Frigidus: o pueri fugite hinc: latet anguis in herba
Me. Parcite oues nimium procedere: non bene ripę
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat
Da. Tityre pascentes a flumine reijce capellas/
Ipse: vbi tempus erit omnes in fonte lauabo.
Me. Cogite oues pueri: si lac pręceperit æstus
Vt nuper: frustra pressabimus vbera palmis
Da. Eheu q̃ pingui macer est mihi taurus in aruo?
Idem amor exitium est pecori/pecorisq̃ magistro.
Me. His certe neq̃ amor causę est/vix ossibus herent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
Da. Dic quibus in terris (& eris mihi magn9 Apollo)
Tris pateat cœli spatium non amplius vlnas.
Me. Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores/& Phillida solus habeto
Pa. Non nostrum inter vos tantas componere lites

Et vitula tu dignus: & hic & quisquis amores
Aut metuet dulces/aut experietur amaros.

Claudite iam riuos pueri: sat prata biberunt

Aegloga Quarta Pollio dicit

et Solonini genethliacon cõtinet: quo Saturnia regna redire Nouam progeniez celo demitti: et optima quecq; sua sponte e terra nasci vaticinantur.

SIcelides musæ paulo maiora canamus:
Nõ oẽs arbusta iuuãt humilesq; miricæ
Si canimꝰ siluas: siluę sint consule dignæ
Vltima Cumei venit iam carminis ętas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo: redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto:
Tu modo nascenti puero: quo ferrea primũ
Desinet: ac toto surget gens aurea mundo:
Casta fave Lucina/tuus iam regnat Apollo.
Teq; adeo decus hoc æui: te consule inibit
Pollio/& incipient magni procedere menses:
Te duce: si qua manent sceleris vestigia nostri:
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille deum vitam accipiet/diuisq; videbit
Permixtos heroas/& ipse videbitur illis:
Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu:
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus:
Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.
Ipſe lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens / & fallax herba veneni
Occidet / Aſſyrium vulgo naſcetur amomū
At ſimul heroum laudes / & facta parentis
Iam legere: & quę ſit poteris cognoſcere virtus.
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta /
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus vua.
Et dure quercus ſudabunt roſcida mella.
Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis.
Que tentare Tethim ratibus / quæ cingere muris.
Oppida / quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Typhis / & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas / erunt etiam altera bella.
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achylles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.
Cedet & ipſe mari vector / nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus:
Non raſtros patietur humus / non vinea falcem.

Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator:
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis aries tum ſuaue rubenti
Murice: iam croceo mutabit vellera luto:
Sponde ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcę.
Aggredere o magnos aderit iam tempus: honores
Chara deum ſoboles: magnum Iouis incrementum.
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum:
Terraſq; tractuſq; maris: cœlumq; profundum.
Aſpice venturo lętentur vt omnia ſeclo
O mihi tam longe maneat pars vltima vitæ
Spiritus: & quantū ſat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincet nec Thratius Orpheus
Nec Linus: huic mater q̄uis: atq; huic pater adſit
Orphi Calliopeia: Liuo formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem:
Matri longa decem tulerint faſtidia menſes.
Incipe parue puer: cui non riſere parentes.
Nec deus hunc menſa: dea nec dignata cubili eſt.

Aegloga Quinta pastores duos ad delectationē canentes cōplectitur: Daphnim carmine epitaphioq; deflendo: inuicem et se laudant: cedunt. t muneribꝰ ꝓdonant: q; etiā Aegloge nomē imponit.

Me. QVrnō Mopse boni: qm̄ cōuenimꝰ ambo:
Tu calamos inflare leues: ego dicere versꝰ
Hic corylis mixtas inter cōsedimꝰ vlmos.

Mop Tu maior/tibi me est equum parere Menalca.
Siue sub incertas zephiris motantibus vmbras:
Siue antro potius succedimus: aspice vt antrum
Siluestris raris sparsit labrusca racemis.

Me. Montibus in nostris solum tibi certet Amyntas

Mop Quid: si idem certet Phœbum superare canendo?

Me. Incipe Mopse prior: si quos aut Phillidis ignes:
Aut Alconis habes laudes/aut iurgia codri.

Incipe: pascentes seruabit Tityrus hædos.

Mop. Immo hec in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi: & modulans alterna notaui:
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.

Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ:
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iuditio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer. successimus antro.

Mop. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim

Flebant vos coryli teſtes / & flumina nymphis.
Cum complexa ſui corpus miſerabile nati:
Atq; deos / atq; aſtra vocat crudelia mater.
Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida daphni boues ad flumia nulla neq; amnem
Libauit quadrupes: nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum / monteſq; feri ſiluæq; loquuntur
Daphnis & Armenias curru ſubiungere tygres
Inſtituit / Daphnis thiaſos inducere Baccho /
Et folijs lentas intexere mollibus haſtas.
Vitis vt arboribus decori eſt / vt vitibus vuæ /
Vt gregibus tauri / ſegetes vt pinguibus aruis /
Tu decus omne tuis poſtq̃ te fata tulerunt /
Ipſa pales agros / atq; ipſe reliquit Apollo /
Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis
Infœlix lolium / & ſteriles dominantur auenæ
Pro molli viola / pro purpureo narciſſo:
Carduus / & ſpinis ſurgit palliurus acutis.
Spargite humũ folijs / inducite fontibus vmbras
Paſtores / mandat fieri ſibi talia Daphnis /
Et tumulum facite / & tumulo ſuperaddite carmen:
Daphnis ego in ſyluis hinc vſq; ad ſydera notus:

Formosi pecoris custos/formosior ipse.

Me. Tale tuum carmen nobis diuinæ poeta.
Quale sopor fessis in gramine: quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum equiparas: sed voce magistrum
Fortunate puer: tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hec quocūcq; modo tibi nostra vicissim
Dicemus. Daphnimq; tuum tollemus ad astra:
Daphnim ad astra ferem?: amauit nos quoq; Daphnis
An quicq̄ nobis tali sit munere maius?

Mop. Et puer ipse fuit cantari dignus: & ista
Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.

Me. Candidus insuetum miratur limen olympi:
Sub pedibusq; videt nubes: & sydera Daphnis.
Ergo alacris siluas: & cetera rura voluptas:
Panaq; pastoresq; tenet: Driadasq; puellas.
Nec lupus insidias pecori: nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipsi letitia voces ad sydera iactant
Intonsi montes: ipse carmina rupes:
Ipsa sonant arbusta: deus deus ille Menalca.
Sis bonus o fœlixq; tuis: en quattuor aras:
Ecce duas tibi Daphni: duoq; altaria Phœbo.

Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis
Craterafq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui:
Et multo imprimis hilarans conuiuia Baccho:
Ante focum ſi frigus erit: ſi meſſis: in vmbra.
Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.
Cantabunt mihi Dametas: & Liccius Aegon:
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibeus.
Hec tibi ſemper erunt: & cum ſolennia vota
Reddemus nymphis: & cum luſtrabimus agros:
Dum iuga montis aper: fluuios dum piſcis amabit.
Dumq; thymo paſcentur apes / dum rore cicadę
Semper honos: nomęq; tuū: laudeſq; manebunt.
Vt Baccho: Cereriq; tibi ſic vota quotannis
Agricolę facient: damnabis tu quoq; votis.

Que tibi / que tali reddam pro carmine dona/
Nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri:
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora: nec que
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta:
Hęc nos formoſum Corydon ardebat Alexim/
Hec eadem docuit cuium pecus an Meliboei?

At tu ſume pedum/quod me cū ſæpe rogaret
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari/

Formoſum paribus nodis atq; ere Menalca.

Aegloga Sexta Silen⁹ vocata:

ſectam Epicuream de mundi ortu: turpes Paſiphaes cō cubit⁹ & alia multa: Sileni cantilena exprimit: quib⁹ auditorem varia aſpergit voluptate.

DRima Siracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra: nec erubuit ſiluas habitare thalia.
Cū canerē reges: & prælia: Cyntbi⁹aurē
Vellit/& admonuit paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oues/deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanq; ſuper tibi erūt: qui dicere laudes:
Varre tuas cupiant/& triſtia condere bella)
Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.
Non iniuſſa cano/ſi quis tñ hęc q̄q;/ ſi quis
Captus amore leget/te noſtre Varre Myrice
Te nemus omne canet/ne Phębo gratior vlla eſt:
Q̄m̄ ſibi: que varri prędcripſit pagina nomen.
Pergite Pierides/Chromis et Mnaſilus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem
Inflatum heſterno venas/vt ſemper: hiaccho/
Serta procul tantum capiti delapſa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantarus anſa.
Aggreſſi (nam ſępe ſenex ſpe carminis ambos
Luſerat) injiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Addit se sociam / timidisq; superuenit Aeglę
Aeglę Naiadum pulcherrima : iamq; videnti
Sanguineis frontem moris : & tempora pingit.
Ille dolum ridens / quo vincula nectitis inquit ?
Soluite me pueri / satis est potuisse videri.
Carmina que vultis cognoscite / carmina vobis :
Hyic aliud mercedis erit / simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosq; ferasq; videres
Ludere / tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet et Parnasia rupes :
Nec tantū Rhodope miratur : & ismarius Orphea :
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.
Nanq; canebat vti magnū per inane coacta
Semina : terrarūq; : animeq; : marisq; fuissent :
Et liquidi simul ignis / vt his exordia primis
Omnia : & ipse tener mundi concreuerit orbis :
Tum durare solum : & discludere Nerea ponto
Cœperit : & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant : lucescere solem :
Altius : atq; cadant summotis nubibus ymbres.
Incipiant siluæ cum primū surgere : cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pirrhæ iactos : Saturnia regna :

Caucaseaſq; refert volucres: furtumq; Promethei.
His adiungit Hylam naute quo fonte relictum
Clamaſſent: vt Hyla Hylā omne ſonaret.
Et fortunatam/ſi nunq̄ armenta fuiſſent:
Paſiphæn/ niuei ſolatur amore iuuenci.
Ah virgo infœlix quę te dementia cœpit?
Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus/ q̄uis collo timuiſſet aratrum:
Et ſæpe in leui queſiſſet cornua fronte.
Ah virgo infœlix: tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas/
Aut aliquā in magno ſequitur grege/ claudite nīphe
Dictęq; nymphæ nemorum iam claudite ſaltus/
Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
Errabunda bouis veſtigia/ forſitan illum
Aut herba captum viridi/ aut armenta ſecutum
Perducant alique ſtabula ad cortynia vacce.
Tum canit Heſperidum miratam mala puellam:
Tum Phætontiadas muſco circundat amare
Corticis/atq; ſolo proceres erigit alnos.
Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum

Aonas in montes vt duxerit vna sororum:
Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor
Floribus/atq; apio crines ornatus amaro
Dixerit/hos tibi dant calamos: en accipe musæ:
Ascræo quos ante seni quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo/
Ne quis sit lucus/quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar: aut Scillã Nisi/quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates: & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis:
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomena dapes/quæ dona pararit?
Quo cursu deserta petiuerit? & quibus ante
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas/iussitq; ediscere lauros.
Ille canit/pulsæ referunt ad sydera valles.
Cogere donec oues stabulis: numerumq; referre
Iussit: & inuito processit vesper olympo.

Aegloga Septima que Thirsis

aut Melibeus nomiat: duox acrẽ canit contentionẽ: sed nõ amarã: cuius a Daphnide Melibeus iudex cõstitutus Thirsim frustra pronunciat.

Me. EOrte sub arguta consederet ilice Daphnis
Cõpulerãtq; greges corydõ & thyrsis in
Thyrsis oues: coridõ distẽtas lacte capellas
Ambo florẽtes ætarib⁹: Arcades embo: (vnũ
Et cantare pares/& respondere parati.
Hic mihi/dum teneras defendo a frigore myrtos/
Vir gregis ipe caper deerrauerat/atq; ego Daphnim
Aspitio: ille vbi me contra videt/otius inquit
Huc ades o Meliboce/caper tibi saluus/& hedi/
Etsi quid cessare potes/requiesce sub vmbra
Huc ipsi potum/venient per prata iuuenci.
Hic virides tenera pretexit arundine ripas.
Mintius/eque sacra resonant examina quercu.
Quid facerẽ? nec ego Alcipẽ nec Phillida habebam
Depulsos a lacte domi que clauderet agnos:
Et certamen erat Corydon cũ Thyrside magnum
Posthabui tamen illorum mea serta ludo:
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere/alternos musæ meminisse volebant/

Hos Corydon/illos referebat in ordine Thyrsis.

Nymphę noſter amor libętrices/aut mihi carmen Co.

Quale meo Codro cõcedite/proxima Phœbi

Verſibus ille facit/aut ſi non poſſumus omnes/

Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.

Paſtores hædera creſcentem ornate pœtam

Arcades/inuidia rumpantur vt ilia Codro/

Aut ſi vltra placitum laudarit/baccare frontem

Cingite/ne vati noceat mala lingua futuro.

Sętoſi caput hoc apri tibi Delia/paruus

Et ramoſa Micon viuacis cornua cerui.

Si proprium hoc fuerit/leui de marmore tota

Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.

Sinum lactis/& hec te liba Priape quotannis

Expectare ſat eſt/cuſtos es pauperis horti

Nunc te marmoreum pro tempora fecimus/at tu

Si fœtura gregem ſuppleuerit/aureus eſto.

Nerine Galathea: thymo mihi dulcior Hyble

Candidior cygnis/hedera formoſior alba.

Cum primum paſti repetent preſepia tauri/

Si qua tui Corydonis habet te cura/venito.

Immo ego ſardonijs videar tibi amarior herbis:

Horridior ruſco proiecta vilior alga:
Si mihi non hec lux toto iam longior anno eſt
Ite domũ paſti: ſi quis pudor / ite iuuenci
Co. Muſcoſi fontes: & ſomno mollior herba /
Et que vos rara viridis tegit arbutus vmbra/
Solſticium pecori defendite / iam venit æſtas
Torrida / iam læto turgent in palmite gemmæ.
Ti. Hic focus: & thedæ pingues/hic pulrimus ignis
Semper: & aſſidua poſtes fuligine nigri:
Hic tantum boreæ curamus frigora / quantum
Aut numerum lupus/aut torrentia flumina ripas.
Co. Stant & iuniperi/& caſtaneæ hirſutæ:
Strata iacent paſſim ſua queq; ſub arbore poma:
Omnia nunc rident. at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat/videas & flumina ſicca.
Ti. Aret ager/vitio moriens ſitit aeris herba.
Liber pampineas inuidit collibus vmbras:
Phyllidis aduentu noſtre nemus omne virebit/
Iuppiter & leto deſcendet plurimus imbri.
Co. Populus Alcide gratiſſima / vitis Iaccho:
Formoſe myrtus Veneri: ſua laurea Phœbo
Phyllis amat corylos/illas dum Phyllis amabit

Nec myrtus vincit corylos: nec laurea Phœbi.
Fraxinus in ſiluis pulcherrima: pinus in hortis:
Populus in fluuiis: in montibus altis.
Sepius at ſi me Lycida formoſe reuiſas:
Fraxinus in ſiluis cedet tibi / pinus in hortis.
Nec memini / & victū fruſtra cōtendere thirſim
Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis.

Aeglogа Octaua duab⁹ abſol

uit partib⁹. Prima amatoris in amore decepti nō ſine com miſeratiōe, pponit querimonias: cui titulus Damon eſt. Reliqua muliere quibuſdā ſacris magicis: cōiugis mentē ſanam auertente: delectat. Et illi Pharmaceutria titulus

DAſtorū muſam Damonis & Alpheſibei:
Immemor herbarū qs eſt mirata iuuenca
Certātes / qrū ſtupefacte carmie Lynceus:
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus:
Damonis muſam dicemus: & Alpheſiboei.
Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui /
Siue oram Illyrici legis æquoris / en erit vnq
Ille dies: mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit / vt liceat totum mihi ferre per orbem:
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
A te princ.pium / tibi deſinet. accipe iuſſis

Carmina cepta tuis atq; hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.
Frigida vix cœlo noctis deceſſerat vmbra /
Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt
Incũbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

Da. Naſcere / preq; diem veniens age lucifer almũ:
Coniugis indigno Nyſę deceptus amore
Dum queror: & duos (quanq̃ nil teſtibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Męnalios mecum mea tibia verſus.
Męnalus: argutumq; nemus: pinoſq; loquentes
Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores:
Panaq; / qui primus calamos non peſſus inertes.
Incipe Męnalios mecum mea tibia verſus.
Mopſo Nyſa datur / quid non ſperemus amantes?
Iungentur iam gryphes equis æuoq; ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula dãmmę
Mopſe nouas incide faces / tibi ducitur vxor:
Sparge marite nuces: tibi deſerit heſperus Oetam.
Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.
O digno coniuncta viro / dum deſpicis omnes:
Dumq; tibi eſt odio mea fiſtula / dumq; capellę

Hirſutumq; ſuperciliuu / prolixaq; barba:
Nec curare deum credis mortalia quenq;.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala/
Dux ego veſter eram/vidi cum matre legentem:
Alter ab vndecimo tum me mi iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos:
Vt vidi: vt perij: vt me malus abſtulit error
Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.
Nunc ſcio quid ſit amor/duris in cotibus illum
Iſmarus: aut Rdodope: aut extremi Garamantes:
Nec noſtri generis puerum / nec ſanguinis edunt.
Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.
Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus / crudelis tu quoq; mater
Crudelis mater magis: an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.
Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.
Nunc & oues vltro fugiat lupus / aurea duræ
Mala ferunt quercus / narciſſo floreat alnus
Pinguia corticibus ſudent electa miricæ.
Certent & cygnis vlulæ/ſit Tityrus Orpheus:

Orpheus in ſiluis/inter delphinas Arion.

Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.

Omnia vel medium fiant mare: viuite ſyluæ:

Preceps aerei ſpecula de montis in vndas

Deferar/extremũ hoc munus morientis habeto.

Deſine Menalios iam deſine tibia verſus

Nec Damon.vos que reſponderit Alpheſiboeus

Dicite Pierides/non omnia poſſumus omnes:

Effer aquã et molli cinge hec altaria vitta:

Verbenaſq; adole pingues/& maſcula thura/

Coniugis: vt magicis ſanos auertere ſacris

Experiar ſenſus/nihil hic niſi carmina deſunt.

Ducite ab vrbe domũ mea carmĩa ducite Daphnim

Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam:

Carminibus Circe ſocios mutauit Vlixis

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Ducite ab vrbe domũ mea carmĩa ducite Daphnim

Terna tibi hęc primũ triplici diuerſa colore/

Litia circundo/terq;/hec altaria circum

Effigiem duco/numero deus impare gaudet.

Ducite/ab vrbe domũ mea carmĩa ducite Daphnim

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:

Necte Amarylli mō/ & veneris dic vinculo necto.
Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite Daphnim
Limus vt hic dureſcit/ & hęc vt cęra liqueſcit
Vno: eodemq; igni/ſic noſtro Daphnis amore.
Sparge molam/& fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me mal⁹ vrit: ego hāc in Daphnide laurum
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim
Talis amor Daphnim: qualis cū feſſa iuuencum
Per nemora atq; altos querendo buccula lucos/
Prope aque riuum viridi procumbit in herba
Perdita nec ſerę meminit decedere nocti:
Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit
Pignora chara ſui: quę nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnim
Ducite ab vrbe domū mea carmīa ducite Daphnim
Has herbas: atq; hec ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Męris/ naſcuntur plurima ponto.
His ego ſępe lupum fieri: & ſe condere ſiluis
Merin: ſepe animas imis exire ſepulchris:
Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes.

Ducite ab vrbe domū mea carmia ducite Daphnim
Per cineres Amarylli foras / riuoq; fluenti
Transq; caput iace: ne respexeris / his ego Daphni
Aggrediar / nihil ille deos / nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domū mea carmina ducite Daphnim
Aspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua dum ferre moror / cinis ipse / bonū sit.
Nescio: quid certe est / & hylas in limine latrat:
Credimus: an qui amant: ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite: ab vrbe venit: iam parcite carmia: Daphnis

Aegloga Nona Meris intitula

tur Rusticos duos mutationē rerū deplorātes introducit. Nā dum alter agro sup amisso suas deflet miserias: ab alte ro interambulādū cātandi carmis ḡrūtur opportunitates.

Li. QVo te Meri pedes? an quo via ducit ī vrbē

Me. O Lycida viui peruenimꝰ: aduena nostri:
Qd nunq; veriti sumꝰ: vt possessor agelli
Diceret / hæc mea sunt / veteres migrare coloni.
Nunc victi tristes / quoniam fors omnia versat:
Hos illi (quod ne bene vertat) mittimus hędos.

Me. Certe equidē audierā / qua se subducere colles
Incipiunt: molliq; iugum demittere cliuo
Vsq; ad aquā / & veteres iam fracta cacumina fagi:

Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam:
Audieras: & fama fuit: sed carmina tantum Me.
Nostra valent: Lycida tela inter martia / quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites
Ante siniſtra caua monuisset ab ilice cornix
Nec tuas hic Meris / nec viueret ipse Menalcas.
Heu cadait in quenq; tantū scelus / heu tua nobis Li.
Pene simul tecum solatia rapta Menalca!
Quis caneret nimphas? qs humū floretib⁹ herbis
Spargeret / aut viridi fontes inducere vmbra /
Vel quę sublegi tacitus tibi carmina nuper
Cum te ad delitias ferres Amaryllida nostras:
Tityre dum redeo: breuis est via: pasce capellas:
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro: cornu ferit ille: caueto.
Immo hęc quę Varro necdū perfecta canebat Me.
Varre tuum nomen (superet modo Mantua nobis
Mantua vt miserę nimium vicina Cremonę)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.
Sic tua Dyrneas fugiant examina taxos: Li.
Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ

Incipe si quid habes: & me fecere poetam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq; dicunt
Vatem pastores/sed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Vario videor nec dicere Cinna
Digna: sed argutos inter strepere anser olores.
Me. Id quidē ago: & tacit⁹ Lycida mecū ipse voluto:
Si valeam meminisse/neq; est ignobile carmen.
Huc ades o Galathea: quis est nam ludus in vndis
Hic ver purpureum/varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet/ & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades/ infani feriant sine littora fluctus.
Li. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram/ numeros memini si verba tenerem.
Me. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus:
Ecce Dyonei processit Cæsaris astrum/
Astrum quo segetes gauderent frugibus/ & quo
Duceret apricis in collibus vna colorem.
Insere Daphni piros: carpent tua poma nepotes/
Omnia fert ætas/ animū quoq; : sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina/ vox q̄q; Mœrin

Iam fugit ipsa / lupi Mœrin videre priores.
Sed tamen ista satis: referet tibi sæpe Nenalcas.
Causando nostros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor: & omnes
Aspice: vento si ceciderunt murmuris aure:
Hinc adeo media est nobis via / nancq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris: hic vbi densas
Agricolæ stringunt frondes: hic Mœri canamus:
Hic hedos depone: tamen veniemus in vrbem.
Aut si mox pluuiam ne colligat ante veremur
Cantantes licet vsq; (minus via ledet) eamus
Cantantes vt eamus / ego hoc te fasce leuabo:
Desine plura puer: & quod nunc instat agamus
Carmina tum melius / cum venerit ipse: canemus.

Aegloga Decima Galli amãti

summã incõstantiã leuitatẽq; describit: vt q̃ tã seuere paulo ante decreuerat: mox penitꝰ damnet: Atq; sibi sortiꝛ nomen.

EXtremũ hũc Arethusa mihi cõcede laborẽ
Pauca meo Gallo: sed q̃ legat ipa Licoris.
Carmia siũt dicẽda / neget qs carmia Gallo
Sic tibi confluctus subterlabere Sicanos.

Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.
Incipe ſollicitos Galli dicamus amores
Dum tenera attondent ſimę virgulta capellæ
Non canimus ſurdis / reſpondent omnia ſiluæ
Que nemora: aut qui vos ſaltus habuere puellæ
Naiades indigno cum Gallus amore periret:
Nam neqꝫ Parnaſi vobis iuga/nam neqꝫ Pindi
Vlla moram fecere/neqꝫ Aonie Aganippe:
Illum etiam lauri/etiam fleuere mirice
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Menalus: & gelidi fleuerunt ſaxa Licei/
Stant & oues circum/noſtri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuinæ poeta.
Et formoſus ouis ad flumina pauit Adonis/
Venit & vpilio/tardi venere ſubulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes vnde amor iſte rogant / tibi venit Apollo
Calle quid inſanis inquit/tua cura Licoris:
Perqꝫ niues alium perqꝫ horrida caſtra ſecuta eſt.
Venit & agreſti capitis Siluanus honore/
Florentes ferulas & grandia lilia quaſſans.
Pan deus Arcadie venit/quem vidimus ipſi

Sanguineis ebuli bacçis / minioq̄ rubentem /
Et quis erit modus inquit? amor non talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor/nec gramina riuis/
Nec cythiso saturantur apes/nec fronde capellæ
Tristis at ille tamen cantabitis Arçades inquit
Montibus hęc vestris: soli cantare periti
Arcades/o mihi tum q̄ molliter ossa quiescent
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atq; vtinam ex vobis vnus vestrisq; fuissem
Aut custos gregis/aut maturę vinitor vuæ
Certe siue mihi Phyllis siue esset Amyntas
Seu quicunq; furor, quid tum si fuscus Amyntas /
Et nigræ violę sunt/& vacinia nigra /
Mecum inter salices lenta sub vitę iaceret /
Serta mihi Phyllis legeret/ cantaret Amyntas
Hic gelidi fontes / hic mollia prata Lycori /
Hic nemus/hic ipso tecum consumerer euo.
Nūc insanus amor duri me martis in armis
Tæla inter media/atq; aduersos detinet hostes.
Tum procula a patria/nec sit mihi credere tantum
Alpinas ah dura niues & frigora Rheni
Me sine sola vides. ah te ne frigora ledant/

Ah tibi ne teneras glaties secet aspera plantas.
Ibo & Calcidico que sunt mihi condita versu
Carmina pastoris Sicubi modulabor auena.
Certum est in syluis inter spelęa ferarum
Malle pati/teneriscz meos incidere amores
Arboribus/crescent ille/crescetis amores.
Interea mixtis lustrabo Męnala nymphis/
Aut acres venabor apros/non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor/lucosqz sonantes
Ire: libet Partho torquere cydonia cornu
Spicula: tanq̄ hęc sit nostri medicina furoris.
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neqz amadryades rursus: nec carmina nobis
Ipsa placent/ipsę rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores/
Nec si frigoribus mediis Hebrumqz bibamus:
Scythoniasqz niues hyemis subeamus aquosæ
Nec si cum moriens alta liberaret i vlmo/
Aethiopum versemus oues sub sydere cancri.
Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.
Hec sat erit diue vestrum cecinisse poetam.

Dum cedet/& gracili viſcellam texit hibiſco.
Pierides/vos hec facietis maxima Gallo
Gallo/cuius amore tantum mihi creſcit in horas:
Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.
Surgamus/ ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra.
Iuniperi grauis vmbra/nocẽt & frugibus vmbrę:
Ite domum ſature venit heſperus/ ite capelle.

FINIS.

Publij Vergilij Maronis hortulus carmĩe iambico trimetro conſcriptus.

ADeſte muſæ maxime proles Iouis/
Laudem feracis prędicemus hortuli.
Hortus ſalubres prebet corpori cibos/
Yarioſqȝ cultus ſæpe cultori refert.
Holus ſuaue/ multiplex herbæ genus/
Vuas nitentes/atqȝ fœtus arborum/
Non defit hortis & voluptas maxima.
Multiſqȝ commixta modis iucunditas.
Atqȝ ſtrepentis vitreus ambit liquor

Sulcoq; ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine
Pinguntq; terras gemmeis honoribus
Apes susurro murmurant gratæ leni
Cum summa florum vel nouos rores legunt:
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat:
Textasue inumbrat pampinus harundines.
Opaca prębent arbores vmbracula/
Prohibentq; densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos.
Et semper aures cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus? auocat: pascit: tenet:
Animoq; mœsto demit languores graues:
Membris vigorem reddit/ & visus capit:
Refert labori pleniorem gratiam:
Tribuit colenti multiforme gaudium.

¶ Habes iucūdissime Lector Vergilij Buc colica cū breuissimis argumētis: Aegloga/ rum capitib⁹ p̄missis: opera & industria Valentini Schumans Calcographi peritissimi pressa Lypsim Anno decimoquarto supra Millesimūquingentesimum quarto Nonas Octobris.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220996-p0044-8

77 L 1056

ULB Halle 3
002 167 662

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-220996-p0046-0

...ub. Vir. Marõis Mantuani

Aegloge Prime Argumentum.

Aegloga Prīa Tityrus appellata: duos pastores ami-
s habet colloquutores: alterũ: suã calamitatẽ dolentẽ
cũ gregib⁹ ex suis pellatur finib⁹: alterũ eũ laudantem:
ius bñficio omnẽ euaserit difficultatem.

Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi Me.
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patrie fines/& dulcia linquimus arua
Nos patriam fugimus. tu Tyture lentus in vmbra
formosam resonare doces Amaryllida siluas.
Melibœe deus nobis hæc otia fecit Ti:
Nanq; erit ille mihi semper deus/illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus
le meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere que vellem calamo permisit agresti.
Non equidẽ inuideo/miror magis/ vndiq; totis Me.
Vsq; adeo turbatur agris/en ipse capellas
Protinus æger ago/hanc etiã vix Tityre duco:
Hic inter densos coryllos/modo nanq; gemellos/
Spem gregis/ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malũ hoc nobis(si mens non lęua fuisset)
De cœlo tractas memini prædicere quercus:
Sæpe sinistra caua prędixit ab ilice cornix.
Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis.